ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΙΟΥ ΠΕΡῚ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον.

ἙΡΜΕΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΔΙΑσυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων.

Cydonij de contemnenda morte Oratio.

HERMIAE PHILOSOPHI *irriſio gentilium philoſophorum.*

Ex inclyti ac generoſi D. D. IOANNIS IACOBI FUGGERI ſplendidiſs. ac ornatiſs. bibliotheca deſumpta: & nunc primùm cùm Gręcè, tum Latinè, Raphaelis Seileri Auguſtani, Geryonis c. v. filij, opera ac uerſione in lucem prolata.

BASILEAE, PER IOannem Oporinum.

NOBILIBVS AC GE-
NEROSIS ADOLESCENTIBVS, SIGIS-
MVNDO FRIDERICO, ET CAROLO Germanis fratribus, Magnifici ac generoſi D. D. IOANNIS IACOBI FVGGERI, &c. Cæſarei Senatoris filijs, Dominis ſuis omni obſequiorum & reuerētię genere colendiſs. RAPHAELIS SEILERI Auguſtani dedicatio.

HVMANIORIBVS ſciētiæ cognitioniſq; uirtutibus, generoſi atque ornatiſſimi adoleſcentuli, teneros in primis animos, & puerorum ingenia, priuſquam ad altiora contendant, perpoliri & excoli debere, ſapiētiſſimi quiq; ſemper cenſuerunt. Itaq; me parens meus ab ineunte ætate in optimis diſciplinis educauit, ac iam adoleſcentiæ limen mihi ingreſſo hoc efficiendum propoſuit, ut quàm poſſem in philoſophia, & politioribus his artibus maximè elaborarem. Quare etſi ob ætatis hactenus imbecillitatem multū in iſs

ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑΦΡΟΝΕΙΝ τὸν θάνατον.

Τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν, * ὃ δὴ θάνατον εἰώθαμεν ὀνομάζειν, πάντες μὲν φρίττουσι, πάντες δὲ μισοῦσι, πάντες δὲ πάντων κακῶν χείριστον οἴονται. ἂν δέ τις αὐτοὺς ἔρηται, τί τὸ πεῖθον οὕτως αὐτοὺς δυσχεραίνειν. δοκοῦσι μὲν τι λέγειν καὶ * πείθουσί γε ῥᾳδίως τοὺς αὐτοῖς ὁμοίως διακειμένους, ὥσπερ καὶ οἱ δειλοὺς πολέμων ἀπέχεσθαι παραινοῦντες. ῥᾷστα γὰρ αὖ οὕτω πείθειν, τῆς τοῦ πάθους ὁμοιότητος πιθανοὺς αὐτοὺς τοῖς ἀκούουσι ποιούσης συμβούλους. ἂν δὲ πρὸς ἀκρίβειαν ἤδη χειρῶσι κατηγορεῖν, οὐδὲν ὧν λέγουσιν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν δόξης ἔχουσι λέγειν, ψυχῆς δὲ μόνον ἄγνοιαν καὶ μαλακίαν νοσοῦντες ἐλέγχονται, ὑφ' ὧν τὰ ἀδεῆ δεδιέναι καὶ κατεπτηχέναι τὰ μὴ βλάπτοντα πείθονται. φέρε γὰρ ἴδωμεν, ἐκ ποίων λογισμῶν κακοῦ παντὸς ἐπέκεινα τὸν θάνατον οἴονται. οὐκοῦν τοῦτο δὴ * ὃ λεγόμενον, τειχθαι πάντα λέλυται. τειχῆ συμβαίνει καὶ τοὺς τὸν θάνατον

ἐν ἄλλῳ

πείθωσι

τὸ

CYDONII, DE CONtemnenda morte, Oratio, Raphaele Seilero Auguſtano interprete.

ANimi à corpore diſceſſum, quem mortē nominare ſolemus, cum omnes perhorreſcāt, omnes oderint, omnes omnium malorum pernicioſiſsimum ducant: tamen ſi ex eis quæras, qua ratiōe adducti, eam tantoperè auerſentur, cauſam habere ſibi uidentur, & ijs qui eodem modo ſunt affecti, citra negotiū perſuadent, quemadmodum ignaui, qui timidos à bellis deterrent. Nam cum affectionis ſimilitudo fidem eis conciliet, facilimè auditores in ſuam ſententiam adducunt. Sed ſi apud uiros eandem criminationē inſtituant, nullam opinionis ſuæ rationem probabilem reddere poſſunt. Sed morbū animi ſui, inſcitia & mollitię laborantis indicant: quibus adducuntur, ut ea quæ timenda non ſunt, timeant, & ijs quæ nihil nocent, percellantur. Agè

HERMIAE PHILOSO-phi, Gentiliũ philoſophorũ irriſio, Raph. Seilero interprete.

BEatus Apoſtolus Paulus, Corinthijs, qui iuxta La- 1 Corinth. 1 conicam Græciam habitant, ſcribens, dilecti, cum pronunciauit ſapientiam mundi huius apud Deum ſtultitiã eſſe, præter rei ueritatẽ locutus non eſt. Videtur enim mihi ab angelorum defectione principiũ repetijſſe, cur philoſophorum decreta inter ſe neq; conſentiant, neq; approbentur. Nam eorum alij dicunt, animum ignem eſſe, ut Democritus: alij aerem, ut Stoici: alij mentẽ, alij motionem, ut Heraclitus: alij exhalationem, alij uim à ſideribus promanantẽ, alij numerum mouendi ui præditũ, ut Pythagoras: alij aquam genitalẽ, ut Hippon: alij elementum ab elementis, alij harmoniam, ut Dinarchus: alij ſanguinem, ut Critias: alij ſpiritũ, alij unionem, ut

Pytha-

BASILEAE, PER
Ioannem Oporinum: Anno Salutis hu-
manæ M. D. LIII. Menſe
Martio.